**V**aliter autem adrumitane ciuitatis ciuem uictorianū tunc p̄cōsulem carthaginis p̄ditē (nescio deficientibus verb) quo in africe pribus nullus ditior fuit. Qui etiam apud impiu regem p rebus sibi cōmis fis fidelissimus habebat. mādatur ei a rege familianter. dicitqz q̄ eum habiturus esset p omnib? si eius p̄cepto facilem cōmodasset assensū. Sed ille vir dei missis ad se t.ale dedit cum fiducia magna respōsum. Secur? sum de xpo deo & domio meo & hec regi dicatis. Surrigat ignib? adigat bestiis. excruciet om̄ tormentorū genere. si cōsenserit frustra sum in ecclesia baptisatus. Nā si hec p̄s sola uita fuisset. & alia que vere est non sperarēt eternam. nec ita fecissem ad modicū tempaliē gloriarī. & ingratus existerem (qui suā michi fidem cōculit) creatori. Ad quod tirānus excitat? quā torū tormentorum et quātis eum affli xerit penis hūanus sermo non poterit explicare. Qui tripidans. feliciterqz cōsumās. martirialemqz coronā accepit. Apud tambadensem quoqz ciuitatem gesta quis queat et certamīa martirū explicaē. ubi duo germani aquisregiēs ciuitatis sibi securi dō domino inuicem iurauerūt ut rogarēt tortores ut una pena pariqz supplicio torquerent. Et dum p̄mo suspēdio molibus lapidū pedibus alligatis tota die penderent. vnuus illoz petivit se deponi et sibi inducas dari. Cuius frater ali? metuēs ne fidem negaret. de suspendio clamabat. Noli noli frater. non ita iurauī xpo. accusabo te cum ante

thronum eius terribilem uenerimus. quia super corp? et sāguinem eius iurauim? ut p eo inuicez patiamur. Ista dicens et alia. cōfortauit germanū ad plūm passionis. Qui clamās ingenti voce dīcebat. Adiūcite supplicij quēcunqz uultis et peis xpianos artate crudelibus. quod frater meus fatetur ē hoc etiā et ego. Quātis iam lamis adusti sunt ignitis. quaib? stimul' exarati quibus cruciati torti. ip̄a res docet q̄ eos ip̄i tortores a sua facie piecerūt dicentes. Itos imitaē vniuers? populus ut null? ad nostrā religionem penit? cōuētae. Et p̄cipue quia nulli liuores nulla penarū uestigia. in eis penitus uidebātur. **XCI.**

**D**e illis qui linguis absissa loquebāt.

**T**riacensi vero quod gestū est maurita ne maioris ciuitate ad laudem dei dice re festīmem. Dū sue ciuitati arrianū ep̄m ex notario cirille ad p̄dendas animas ordinatum uidentur. omnis simul ciuitas euectōne ualida p̄ximo ad hispaniā cōfugit. relicis paucis simis qui adītū non muenerāt nauigādi. Quos arrianorum ep̄us p̄mo blādimentis postea minis cōpellere cepit. ut eos faceret arrianos. Sed fortis in domino non solū suadentis insaniā iriserunt. verūtiā publice misteria diuina in domo vna cōgregati celebrare ceperunt. Quod ille cognosens occulēt cāthaginiū relatōnem aduersus eos direxit. Que cum regi innotuisset. comitem quendā cum iracūdīa dirigens. precepit ut in medio foro congregata illuc omni p̄uincia linguis eis et manus dextras radicitus abscedēt. Et spūsācto prestante ita locūtū sunt et loquūtūr. quomodo antea loquebātur. Sed si quis incredulus uoluerit esse. p̄gat nūc cōstātūopolim. et ibi repiet vnum de illis subdyaconū repatum. ob quā causā venerabilis nūmū in palatio zenonis impatoris habet. et p̄cipue regina mira cum reuerentia venerat. Sed quis cōgruo sermone possit assequi. aut coaceruare diueritatis penarū. quas ex iussu regis sui etiam ip̄i wādali in suos homines exercuerunt.

**XCHI.** **D**e p̄secutōne q̄ facta ē in cāthagie.

**T**rip̄a quoqz que gesta sunt carthaginē si nūc scriptor̄ sigillatī astruere. etiā si ne ornatu sermonis nec ipsa nomina tormentorū poterit dicere. Que res hodie posita in p̄mptu demonstrat alios sine manibus. alios sine oculis. alios absqz pedibus. alios trūcas aurib? aliosqz nūmio suspēdio scapulis euulſis caput eoz quod eminere solebat in medio scapularū fuisse demersū. dum iugiter in altis edib? suspendio cruciantes. impulsione manū funib? agitatīs p̄ uacuum aerem huc atqz illuc faciebāt. uagare pendentes. qui nōnūqz disruptis funib? de illa altitudine suspensionis ictu ualido coruētes. plurimi arcem cerebri cum oculis amiserunt. alij cōfractis ossibus spūm cōtmuo reddiderunt. alij post paululum exalauerūt. Sed qui hoc fabulōlum putat anū zenonis legatum interrogat. cuius presentia p̄cipue gesta sūt. illa scilicet causa quia ueniens carthaginem sese p̄ defensione ecclesiārum catholicarū uenisse iactabat. et ut illi ostēderet. tirānus se neīez formidare. illis plateis ulūcīs plures tortores et credeliores statuit i quibus legatis moris est ascendendo ad palatium et descendendo transire. ad opp̄brium uidelicet ipsi us reipublice. et nostri iam deficientis temporis fecem. Tunc igitur et quedā uxor cuiusdā celarite

regis nomine dagili qui temporib⁹ gēseric⁹ multo  
tiens iam cōfessor extiterat. matrona nobilis ac  
delicata flagellis et fustib⁹ omnino debilitata ex  
ilio arido et nūeo relegaē. ubi null⁹ homin⁹ for  
te cōsolationis gratia uenienti haberet accessum  
relinques cum gaudio domū mantū si l⁹ & filiū.  
**C**ui postea oblatū esse dicit⁹. ut in mitiori heremo  
trāslata frueretur si uellet solat⁹ sociorū. Illa ve  
ro ingens sibi adesse. gaudiū ubi nullus hūanus  
esset consolatiōnis affectus. ne fieret supplicauit.  
**T**unc etiam eugenio pastore iam in exilio cōstitu  
to. & uniuersus cleris ecclesie carthaginis cede i  
ediaqz macerat⁹. fere quīgenti vel amplius. mē  
quos q̄plūmī erant lectores infantuli. gauden  
tes in domino pcul exilio crudeli traduntur.

**XCHI.** De sancto murita dyacono & incre  
patione elpidofori.

**S**ed tunc dū in media urbe cederent. mu  
ritam dyaconū ceteris liberiorem tacere  
non debo. Fuit quidā elpidofor⁹ noīe  
nīmū crudelis & ferus. cui fuerat dele  
gatum mēbra cōfessorum xp̄i supplicijs grassanti  
bus laniare. Hic enim fuerat apud nos dudū in  
ecclesia fausti baptizat⁹. quē venerabilis murita  
dyaconus de alueo fontis suscep̄at generatū. P⁹  
vero dū apostotaret. tante exitit. feritatis adūl⁹  
ecclesiā dēi ut supior omnib⁹ executor psecutōis  
fuisset iuentus. Quid ml̄ta. Dū p⁹ p̄sbiteri i sup  
plicijs macerandi ordine citarent. post archidia  
conem salutarem aptaē penis memorat⁹ murita.  
fuit enim secūdus in officio ministrorū. Qui cuī  
elpidoforo sedente & fremente. honorabilis seni  
or cepisset extendi. p̄usq̄ exueretur clam forte ne  
scientibus cūctis illa quib⁹ eum suscipiens de fō  
te dudū texerat sabana baiulabat. Quib⁹ uenula  
tis simulqz in ostensionē cūctorū extensis. in his  
verbis totam ad fletū & lacrimas cōmouisse dīci  
tur ciuitatem. Hec sūt lintheamīa elpidofore mi  
nister erroris. que te accusabūt dum maiestas ve  
nenit iudicantis. custodientē diligentia mea ad te  
stimoū. tuc pditionis. ad demergendū te in abis  
sū putei sulphurantis. hec te īmaculatū cīixerūt  
de fonte surgentem. hec et acrius psequētur fla  
mantem gebennā cum cepis possidere quia īdu  
sti te maledictionem sicut vestimentū. scīdens  
atqz amitens veri baptismatis & fidei sacra  
mentum. Quid facturus es miser. cum serui patrisfa  
milias ad cenam regiā cōgregare cepint multatos.  
**T**unc te aliquādo vocatū terribiliter īdignat⁹  
exutum stolā rex cōspiciens nuptiale. dicet tibi  
**A**mice quomodo huc uenisti. uestem non habēs  
nuptiale. Nō uideo quod cōtuli. non cognosco  
quod dedi. p̄didisti milicie clādem. quā in tela  
vīrgīneorū mēbrorum gesto. decem mensib⁹ texi  
et tendicule crucis extendēs aqua mūdaui. et pur  
pura mei sanguinis decorauit. si cōspicio. vultum  
signaculi mei. caracterez non uideo trīnitatis. Ta  
lis interesse non poterit epulis meis. ligate eum  
manib⁹ & pedibus suis funiculis. q̄ se ipm volū  
tarie separi uoluit a catholicis fratribus suis. Ipse  
funes extendit cōtinuatos in laqueū. quibus & se  
metipm uincit. & alios ne ad istud venirent cōui  
uiū impedituit. Iuxta semitam multis scandalum  
posuit. quē nūc cum rubore ppetuo & dedecore  
sempiterno de cōuiuio meo pici. Hec et alia mu  
rita dicente. igne cōscientie ante ignem eternū ob  
mutescens elpidoforus terrebat̄. **XCHII**

**D**e tormentis exulantū et xij infantium a gre  
ge seperatorum

**D**arentes vniuersi igīt dorsa sua verberi  
bus. alacres ad exilium p̄gunt. quib⁹ ad  
huc in itinere longioris vie cōstitutis. d  
istinat̄ ep̄is arrianorū suggestentib⁹ ho  
mīnes īmisericordes ac violēti. ut illud quo d̄ eis  
forte miserat̄ xp̄iana uictui cōtulerat p̄futuruz  
crudeliter auferretur. quādō vnuſquisqz eorum  
libentius forte cantabat. Nud⁹ exiū de utero ma  
tris mee. nud⁹ etiam me oportet ad exiliū p̄gere  
quia dominus nouit esurientibus cībū porrige  
et in deserto uestire. Nam et wandali duo sub gē  
serico fidei cōfessores. comitante matre. cōtem  
ptis omnibus diuitijs suis. cū eisdem clericis ad  
exiliū prexerūt. De multitūdine autem p̄gentiūz  
cōfessorū. i. ecclesie carthaginis clericoz. suggeste  
te quodam ex lectore theucario p̄dito. quos ille  
nouerat uocales strenuos atqz aptos modul' can  
tīlene. designatōne sua debere dicit. xij. infantu  
los separari. quos ille dum catholic⁹ esset tūc dis  
cipulos habuit. Statim illo suggestente sub festīa  
tōne dimittūtur. & vi barbarici furoris bissexus  
numerus puerorū de itinere uocatur. Segregan  
tur corpe non spū a grege sanctorū. Qui timētes  
p̄cipitiū. cū susiprijs lacrimaz. ne diuellerent̄ cō  
strīgebant manib⁹ genua socioz. Quos violen  
tia tamen heretica minacib⁹ sepans gladijs. cātha  
gī reuocauit. Sed dum cū eis quasi cum tali eta  
te non blandicj agere. supiores suis īuēti sūc  
annis. Et ne obdormirent in mortem. lucernā sibi  
euangelici lumīnis accenderūt. Indignant̄ ad hoc  
grauiter arriani. et se supatos a pueris erubescēt.  
**V**nde accensi. subdi iterū fustib⁹ iubent. quos iā  
ante paucissimos dies varijs verbeib⁹ disūparāt  
Impūtūr vulnerib⁹ vulnera. et rursum pena re  
stauāta crudescit. Factū est domino cōfortance.  
ut nec etas iunior desiceret i dolore. & magis ani  
mus cresceret roborat̄ in fide. Quos nūc cartha  
go mīro colit affectu. & quasi. xij. aploz chorū  
cōspicit puerorū. Una degunt. simul vescūt. p̄it  
psallūt. simul in domino gloriant̄. Illis diebus &  
duo negotiatores frumenti⁹ & aliis frumenti⁹ ip  
si eiusdem urbis egregio martirio coronati sunt.  
**T**ūc &. iiiij. fratres non natura sed gratia in mōa  
sterio cōmanentes. cōfessionis certamine expleto  
īmarcessibilem puenerūt ad coronam id est. libe  
rus abbas. bonefaci⁹ dyaconus. rogat⁹ monach⁹  
& maxim⁹ monachus. **XCV.** **C**e passione sā  
cti eugenij carthaginensis ep̄i.

**D**am illo tempe crudelius arrianorum ep̄i  
p̄sbiteri. clericī. q̄ rex & wandali seuebāt  
Nam ad psequendū ipsi cum suis clericis  
vbiqz gladijs accincti currebant. sicut quidā ep̄i  
inter illos ceteris crudelior anthonius nomine q  
tam nefaria & incredibilia in nostris exercuit. vt  
narrari non queant. Fuit iste in quadā ciuitate p  
xīma heremo. que tripolitane pūncie vicinatur.  
qui ut bestia īsatībilis catholicoz sitiens sāgu  
inem. huc illucqz ad rapiendū rugiens excurrebat  
Nam impīus honoric⁹ sciens ferocitatem antho  
nij. in ipsis heremī pribus uoluit sanctū eugenīū  
relegare. Quem dū custodiendū anthonius acce  
pisset. ita eum artiozi custodia cīxit. ut nulluz ad  
eum introire pmitteret. insup variis insidiāz atqz  
penarum suppliciis extīnguere cogitaret. Sed eu  
genius sanctus dum nostre psecutōis defleret

icōmoda. & alpeitate cīlicī senile attereret corpū  
nuda mqz sup humū cubitās strati sacci irrigāēt  
imbribus lacrimarū. aliquādo sensit ī festū palib  
morbū. quo nūcio ī gaudiū cōuersus. arrian⁹  
pgit festinus ad cubile exili⁹ hominis dī. Et cum  
uideret arcente passione uerū pontificem halbuti  
entia uerba pōucere cogitauit simul extigūē quē  
supesse nolebat. Precepit igitur ut acetū aspū ni  
misqz & acerimū quereretur. Quod cū fūis al  
latum. venerabi seni recusantib⁹ & nolentibus  
faucib⁹ īgeregabat. Nam sicut cōmunis domīn⁹  
qui ad hoc uenerat ut potaret cū gustasset noluie  
bibere. quātū magis iste seruus & cōfessor fidelis  
omnino nollest nūl̄ heretica feritas īgessisset. Ex  
quo accepto p̄s̄ertim illi passioni noxio. morbus  
acepit augmentū. Cui pietas xp̄i misericorditer  
subueniens. postea salutem exhibuit. **XCVI**

**I** De passione sancti abdimer ep̄i & ceterorum.

**H**ic autem ep̄o nostro abdimer similiter  
relegato ad lunensis ciuitatis ī qua an  
thonius fuerat. quātū potuit ī festa  
ri res ipa demonstrat. Nam cum diuersis eum p  
secutōnibus affligeret. nec posset facere arrian⁹  
uideretqz xp̄i militem semp ī cōfessione cōstāc⁹  
pedibus maibuz ligatis uīculis īgencib⁹ oreqz  
obturato ne lingua clamaret. aquā corpori ut puta  
bat rebaptisatōnis sp̄git. quasi valeret cōscientiā  
ligare cū corpore aut non adesse qui audit gemi  
tus cōpeditor⁹. & cordis secreta rīmat⁹. vel supra  
re posset aqua mendax tante volūtatis p̄positum  
quod iam homo dei lacrimis miserat ligatū ī ce  
lum. Exuit statim uirū uinculis. et tali quasi gau  
dens voce p̄sequitur. Ecclesie nostre frater abdi  
mer xp̄ianus effectus est. Cui abdimer. Illa est im  
pie mortis āthonij dānatio. ubi uolūtatis tenet  
assensio. Ego fidei mee tenax uocib⁹ cōfites cre  
bris. quod credo & credidi clamabo defendi. Et  
et postea q̄ cāthenis uimixisti. & oris ianuam op̄i  
lasti. ī p̄torio cor dīs mee uiolentiē subscibentib⁹  
bus angelis gesta cōfeci. & lectitanda imperatori  
meo trāsmisi. Erat generalis quidem ista uiolen  
tia tirānorū. Nam wādali p̄ hac re ubiqz fuerāt  
destinati ut trāscētes itēra sacerdotib⁹ suis ad  
ducerent iugulandos. Non licebat siue p̄uatis si  
ue negociatorib⁹ alicui trāsire nec aliquid emere  
vel uendere. nisi qui haberet characterem bestie ī  
fronte sua & ī manu sua. Nam et ep̄i atqz p̄sbite  
ri illorū cum armator⁹ manu nocturnis tempib⁹  
uicos v̄l̄ opida circuibant. & sic de spicatis posti  
bus ianuaz. aquā gladiūqz gestātes aīarum p̄do  
nes intrabāt. Et quos domi repererāt alios forte  
ī lectis soporatos. igneo ībre atqz flumineo re  
sp̄gētes demonica uociferatōne xp̄ianos suos ip  
sos parē uocitabāt. ut ludū potius sue heresos.  
q̄ aliquā religionem ostenderent. In quo min⁹ ca  
paces et ignauī īpletū ī se pollutōnis sacrilegi  
ū īputabāt. prudentōres uero nichil sibi quod  
nolentibus atqz dormientibus īgestū est obesse  
gaudebāt. Nā et multi eadem hora cīnerem suis  
capitibus īicerūt. alii sese uel quia factū est cī  
lico lugubri texerūt nōnulli ceno fetido linierūt  
et līnteamīna uiolenter īposita a p̄fidis cōciderūt  
atqz ī latrīnis fetidisqz locis manu fidei piecerūt.  
Tali uiolentia nobis uidentibus ibi carthagie fiz  
lius cuiusdā nobilis annoz circiter. vii. iussu cīrī  
le a pentibus sepatus est. sine verecūdia matrona  
li matre solutis crīmibus post raptiores tota verbe

currēte. clamās ut poterat xp̄iā⁹ sū. xp̄iā⁹ sū p̄ lā  
ctum stephanū ch̄ristian⁹ sū. Cui et os obturan  
tes īsontem īfantā ī suum gurgitē dīmerserūt

**XCVII** **D**e cōstantia liberati et uxoris ei⁹

**T**a dī medici filis uenerabilis liberati fa  
ctum esse pbatur Nam iussu regis. cum  
uxore et liberis ad exilium mitti iubetur  
cogitauit īpietas āriana a pentibus puulos su  
os separāt. et per pietatis affectū uirtutem p̄ster  
nere genitorū. Disiungūtur a pentibus tenera pi  
gnora filiorū. Qui cū uelle liberatus lacrimas  
mittere. auctoritate uxoria īcrepat⁹. ī ipo me  
atu exitus sui ilico lacri me siccauerūt. Ait enim  
et cōiūx. Et p̄pter filios libera te p̄diturus es ani  
mam tuā. cōputa eos non fuisse natos. Nam et ip  
sos uīdicatorus omnino est ch̄rist⁹. Nōne uides  
eos clamātes et dicentes. xp̄iani sumus. Sed hec  
mulier que ī cōspectu iudicū egerit. tacendū nō  
est. Nam cū ipsa uel maritus licet sc̄orsū carceris  
custodia tenerent. ita ut se penitus non uiderent  
mādatur mulieri dīcīqz illi. Solue iam duriciam  
tuam. ecce nūr tu⁹ paruit imperio regis. et noster  
factus est xp̄ianus. At illa Videā illum. faciā et  
ego quod uoluerit deus. Educta igit̄ de carcere  
inuenit uirum suū stātem cum īgenti multitudine  
p̄tribunalib⁹ cōnexum. et verū estimans qd fin  
ixerant īmici. īiecta manu apprehendēs vestimē  
torū eius gutturi p̄xīma. uidentib⁹ omnibus sus  
focabat eum dicens. Perdite & rep̄be. grātie dei  
et misericordia ei⁹ īdigne. quare uolauisti ad mo  
dicū gloriari. et īeterū pīre. Quid tibi p̄dēt  
aurum. quid argentū. Nūquid liberabūt te de ca  
mino gehenne dīxit et alia multa. Cui maritus re  
spondit. Quid pateris mulier. Quid tibi uidetur  
aut quid de me audire forte potuisti. Ego ī nōse  
xp̄i catholicus p̄maneo. nec aliādo amittere po  
tero quod teneo. Vbi heretici mendacii sui cōfici  
et detecti fallaciā suam colorare mīmē pote  
runt. Et quia superī de uiolentia īmanitatis eoq  
breviūt dīximus. hanc plurimi metuentes. alii se  
ī spelūcis. alii in desertis locis uiri vel femīe n̄l  
lo sibi cōscio sese claudebāt. et ibidē nulla succur  
rente sustentatōne ciborū fame vel frīgoe victi  
coneritum et cōtribulatū sp̄ūm exalabāt inter hec  
afflictōnis īcōmota īuiolate secū fidei securita  
tem portantes sic enim crescorius p̄sbiter mīzeta  
ne ciuitatis ī spelūca quīzensis montis repert⁹ ē  
putrescenti cādauere īam solutus. **XCVIII**

**D**e angustia famis ī africa et īcritu boni  
rīci tiranni.

**A** tempestate facta ē īcredibilis famē  
et cepit africā totā una depopulatōne  
uaſtare. null⁹ tunc affuit īmber. lurida  
remanserat terre facies omnis. quia nec boues s̄b  
erant nec castra usqz omnino remanserant. sed et  
rusticorū manus alia īterierat. et subīnde q̄ for  
te superat īam sepulturam querebat. Alii diffusi  
p̄ campos. alii secreta silue petebant antiquas ra  
dices herbarum vel quisquilia aliqua requirētes  
Nōnulli tñ cū domos nitēntur īgredi. ī ipso  
līmīne corrūentes cateruatim fame debellāte cā  
bant. Herate vero vel semite cādauerib⁹ reple  
te. exalantium fetore mortuorū gradientes uiuos  
ex omni p̄te necabant. nec deerant quotidie vbi  
qz expirantū funera et non erat virtus q̄ mīse  
ratōnis impenderet sepulturā. Neqz enim suffici  
ebat ad sepeliendum uiui fame dominante. et ipsi

post paululū morteū. Virgeba ē felix multitudō ad ipsam urbem carthaginem cōgregari. Et dum adhuc cateruatim illuc exāata cadauera flueret vbi rex inferendarum mortiuū vidit strages. pelli urbe omnes ilico iubet. ne cōtagio deficienū cōmune paret etiā examini eius sepulcrū. **C**sigibertus in cronicis. Tandem honoris iudicio dei pcessus. scatens veribus miserabiliter expiavit Post quem guntheramūdus annis. ix. regnat. & hic eugenium ep̄m ab exilio reuocat. **XCIX**

**D**e regno ytalie et cathalogo regum ipsius. Empore zenois odoazer rex ytalie p̄fētētum regem rugorū bello oppressū extinguit. Huic pheleto & uxore ei⁹ gise. sacerdos seuerinus hec futura p̄dixerat. quia eos a malis cōpescere non poterat. Extermimatis autē rugis longobardi rugilā. i. rugorum pat: iā. inuidūt. quibus tūc tempis quīnt⁹ rex gudeoch p̄m cītabat. Quia ergo longobardoz mentionem fecimus. quoqz tēpora ppter ignoratā historice narratōnē distincōnē nondū attigimus. iā nunc narratōnē eoz ordiamur & paulatim ad plenā & distincā eorum historiam ascendere nitamur. Horū itaqz post ibor et agion p̄mus fuit rex agel mūdus. secund⁹ lamisso sic dictus q̄ a lam. id ē uoragine fuit extractus. Naz in mater eius septem uno p̄tu enixa. cum eos in p̄scimā p̄cieſſet. et rex agel mūdus iter faciēs eos hasta reuolueret. is bastā eius firmiter tenuit & ab eo nutrit⁹ eo virtutis p̄cessit ut i. r̄gno succedēt ei necē ei⁹ i. bulgaēs ultus sit. lethus tertius. hildroch quartus. gudeoch quintus fuit. Ex quo ergo in rugilā p̄fecti sūt usqz ad annos. xl. talis fuit rerū gestarū eoz con sequentia. Sub gudeoch & filio eius claffone rege sexto in rugila habitauere. Sub taccone septiō rege in campis assed habitauere. vbi tercio anno rodulfo heruloz rege a taccone p̄pto. & regno herulorum destruncto. longobardoz creuit potētia. Tacconem uuacho p̄mit. & ip̄e octau⁹ r̄gnauit annis. xl. secūduz cronicas. filiūqz suū walcha rit̄ successorem regni reliquit. qui regnauit annis septem. Post hunc andohm. xvij. Albuin⁹ filius eius. xxxi. s. xxv. in pānonia. & vi. in ytalia. cleb. ii. Post quem fuerūt sub ducibus annis. x. Post hoc Auctari regem sibi statuerūt quem ob dignitatem flauium appellauerūt. a quo omes dīnceps longobardoz regis flauij appellati sunt. Huic āni vi. ānotantur. Argilulfus. xxv. adaloaldus fili⁹ eius. xiiij. Rocharich. xvij. Rodoaldus fili⁹ ei⁹. v. Ariperch. ix. Huius filij de regno contenderunt anno. i. Quorū godobertū grimoardus dux taurinatū dolo pemit. eiusqz regnū arripuit. & sororem eius uxorem duxit. ac regnauit annis. ix. Post hunc percarich alter filius ariperch ānis. xvij. Cuniperch filius eius. xiij. Cui successit fili⁹ eius lui perch habens tutorēm ausprādiū. Quē regūberetus dux taurimensū in bello supa uit & regnauit anno. i. Quo mortuo ariperch filius ei⁹ annis. ix. Cum quo ausprādus cōtlixit. eoqz fugiente & in fluuiū dimerso regnum recepit. Sed eo post tres mēles mortuo luitprādus filius eius reguit. ānis. xxij. Rascis sept̄. Quo monacho effecto aistul fus frater eius ānis. vii. Quo iudicio dei pcessus desiderius regnauit xviii. annis. in quo regnum finitum est sub karolo magno sicut infra dicetur. Hec de regno lūbaroz. Tempore quoqz zenois fame īuālēſſente in burgūdia. senator ecticius

quattuor milia paupes sustentās celestis pmissio nis uocem audiuit. **C**. **C**. **D**e sācto remigio remensi archiepisco po.

**E** O quoqz tempe claruit in galliis sāct⁹ remigius remensis ep̄us. Ex gestis ei⁹ us. Cum enim quondā p̄secuto wādaloz etiā frāciā grauiter deuastaslet. quidā reclusus vir sāctus cu sepissime orasset p̄ pace sācte ecclēsie. quadā nocte diutius uigilans tandem fatigat⁹ leuiter obdormiuit. & subito nutu dei uisū est ei p̄ angelis interesset. Qui cum ex pietate de suc cursu gallicane ecclesie loquerentur. venit uox ad eos dicens. Mulier illa cilimia nomine pariet filiū nomine remigiuū qui gentem suā liberabit ab icur su maloz. Statim ille euigilans ad domum cilimie cucurrit. & quod audierat nūcīauit. Cui non credenti q̄ iam anus ex marito sene cōcipe posset respondit. Si cas q̄ cum ablactaueris puerū. p̄geat oculos meos de lacte tuo. & recipiā uisum. Nam ut meritū illi accresceret sicut & tobie. oculoz lumen amiserat. Sicqz factū est ut p̄dixit Literis itaqz tradit⁹. p̄cito puer potuit r̄clusuz merauit. Et cum. xxii. esset annoz. ab omni populo archis ep̄us remensis electus est. imo potius rapt⁹. Sed cum reniti conareſ. descendit subito radius noui lumīnis sup eius verticem. ac si sol ip̄e de celo motus sup eum cecidisset. Qui cū ante & post omni uirtute polleret. tāte māluerūdīnis fuit q̄ etiā ad mensā eius passerēs veniebat. & in manu eius ciboz reliquias comedebat. Quodam autem tempore cum parochias circūret. hospitatus est in domo cuiusdā cognate sue. Et dum ad īuicē loquerent̄. famulus dom⁹ consuluit domīna sua. q̄ caupo totū iā ūmū uēdīerat excepto modico qđ p̄ seruando vase r̄timuerat. Videns ergo beat⁹ remigius illam erubescēt. cognita causa r̄forauit eam. & statim ī uiridariū quasi spaciatur⁹ exiuit. et veniens āē hostiū cellarū merauit & si quid haberet vini quesuīt. Ecce īquīt famul⁹ modicū quod remālit. Et ille Claude īquīt hostiū. et sta ibi donec reuertar ad te. Et p̄gēs ītro doliū. fecit crucem sup illud. Cūqz flexis genib⁹ oraret. statim vimū p̄ būdonem egreditur. ita q̄ p̄ mediū cellarū ūdebat. Quod videns famulus exclamauit. et cucurrit ad dominā suā. et hoc qđ viderat nūcīauit. **C**. **C**. **D**e gelasio papa et sci p̄tis et statutis eiusdem. **S**igibertus

**E** O tempore gelasius romane ecclēsie. xlviij. p̄sideret. Hic manicheos rome īuentos ī exiliū deportauit. et codices eoz ītendit. Hic tractatus et hīmnos cōposuit. Hic īē cetera sacramentoſ p̄fatōnes et oratōnes. cauto et limato sermone fecit. **C** Ex libro pontificali. Hic amator pauperū clerū ūpliauit. et a periculo famis romā liberauit. Scriptis contra nestoriū & uticen libros quīnqz contra arriū. ij. Fecit etiā hīnos ī modū sācti abrosiū. & sacramentoſ p̄fatōnes. et multa alia. Sedit ānis quattuor. Hic ūgestione ūnodi cum fletu sub satisfactione libelli ūgatū ūsenū ep̄m reuocauit. quē ecclēsie sue restauit. Sepultus est autem ī basilica beatī petri xij. kl. decēb. **A**ctor. Idem etiāz cū multis ep̄is ve ī decretis ysidori legitur. decretū cōposuit. ī quo libros quīdā tanq̄ autenticos appbauit. alios vero tanq̄ apocrifos reppbauit. Quod vide licet decretū ī capite huius operis michi ūserere placuit. ut hoc totū op̄ ex diuersis libris collectū

qui legeret. in ipso capite opis quid esset apocri-  
sum et quid autenticum discernere posset. Idem ge-  
lasius in quadam decreto negotiatonem clericis  
interdixit hoc modo. ut ex ipso decreto breviter  
excerpsi. Nup ad nos missa relatō nūc lauit pluri-  
mos clericos negotiatōibus honestis et lucris  
turibus immire. nullo pudore cernentes q̄ dñs  
ipse negotiatorum e templo verberatos flagellis  
expulit. nec applica uerba quib⁹ ait. nemo militas  
deo implicat se secularibus negotiis. psalmistam  
quoq; surda dissimilates aure cantantem. quoniam  
non cognoui negotiatōnes introibo in potētias  
domini. Proinde huiusmodi postea questibus in di-  
gnis nouerint abstinentiam. et ab omni cuiuslibet  
negociatōnis ingenio vel cupiditate cessandum.  
aut i quoq; gradu sint positi mox a clericalib⁹  
officiis abstinere cogantur. ¶ CII. ¶ De inuen-  
tione cripte sancti michabelis in gargano monte.

Hugo floriacensis

**D**oc etiam tempore cathedre romane ec-  
clesie gelasio papa p̄sidente facta est in-  
uentio sancti michabelis archangeli. i gā-  
gano monte. sub zenone imperatore. anno incarna-  
tionis dñsice quadragesimo septuagesimo p̄.  
¶ Ex historia eiusdem memorie. Est enim locus  
in cāpanie finibus. ubi inter sinū aderaticū & mō-  
tem garganum ciuitas seponitus sita est. in q̄ fuit  
p̄diues quidā nomine gāgan⁹. qui ex euentu suo  
monti vocabulū inuidit. Huius pecora dum p̄ de-  
uexi montis latera pascerent. cōtigit thaurū gre-  
gis signētem cōsortia singularem incedere solitu-  
& ad extremū redeūte pecore domū non esse re-  
gressū. Quem cū domin⁹ cū seruis p̄ deuia queq;  
requireret. inuenit tādem in uertice montis fori-  
bus spelūce cuiusdā assisteret. iraq; p̄notus eo p̄  
soliuagus icederet. correpto arcu appetit illū sa-  
gitta toxicata. que velut uēti flammē retorta eū  
a quo missa est percussit. Turbati ciues & stupefa-  
eti nec audentes p̄pius accedere cōsuluerūt epi-  
scopū quid facto opus esset. Qui in dicto tridu-  
ano ieunio a deo monuit esse querēdum. Quo p̄  
acto sanctus michabel archāgeli domini appu-  
it epo p̄ visionem dicens. Ego sum michabel qui  
in cōspectu domin⁹ semp̄ assisto. locūq; bunc i ter-  
ris in colo. & hoc uolui p̄bare in dō uidelicet ho-  
minis telo suo percussi. me omnī que ibi gerūt. ip-  
suis quoq; loci inspectorem esse atq; custodē. Hac  
reuelatōne cōpta cōsuetudinem fecerūt hic domi-  
nū p̄ibus & sanctum michabelē depositare. Nec  
tamen ultra criptā pr̄ruptam intrare audebat. sed  
p̄ foribus quotidie oratōni vacabat. Est igitur i  
loco illo ecclesia. p̄pius archāgeli & opere cōdita  
& nomine cōsecrata. Hanc enim ad p̄merendam  
mortalibus ibi supnozū ciuium societatem. p̄pria  
manu cōdere dignatus est. uertice siquidem mon-  
tis excelsi posita. de corpe eiusdem saxy instar spe-  
luncē excauata ostendit. Ibi cum neapolite paga-  
nis adhuc ritibus oberrantes. seponitos tempe-  
rent bello lacessere illi antistitis sui monius edo-  
cti triduo petunt inducias. ut triduano ieunio li-  
ceret sancti michabelis implorare p̄sidium. Ecce  
iam nocte que bellū diem p̄cedebat. adest in uisio-  
ne sanctus michabel antistiti. p̄ces dicit exauditas  
uictoriā affuturam spondet. & quarta hora di-  
ei hostibus occurrentū p̄monet. Quod cum fieri  
in p̄mo bellū patu gāganus imenso tremore con-  
cutitur. fulgura crebra uolat. & caligo totū mon-

tis cacumen obducit. impleta p̄phetia que dicit.  
Qui facit angelos suos sp̄us rē. fugiunt pagani.  
ptim ferro hostiū p̄tū igniferis impulsū sagittis.  
neapolim usq; cedentibus aduersariis. Menia tan-  
dem urbis sue moribū subintrante. ¶ CIII  
¶ De inuentione sancti barnabe et viris illustri-  
bus illius temporis. ¶ Sigibertus.

**B**o tempore barnabas aplūs qui apud sa-  
lamā cipri a barien mago et a iudeis  
p̄ xpo igne crematus est. corpus suum  
quod a iohāne marchō cōsobrino suo in  
cripta occultatū adhuc latebat. reuelatōne sua in  
ueniri fecit. Cum quo etiam euāgeliū mathei ipsi  
us mathei manibus hebraice scriptū. quod erat si-  
mul recōditum inuenitur. Quod euāgeliū ipe bā-  
nabas ex doctrina aplōrum secum semp̄ ferre so-  
lebat & ubiq; inueniebat infirmos ponebat il-  
lud sup illos. et tā fide barnabe q̄ merito mathei  
omnes sanabātur. Hoc quoq; tempore floruerūt  
in gallia sanctus remigius remensis episcop⁹. et eti-  
am sanctus p̄cipius frater sancti remigij suessioni  
episcop⁹. & sanctus austus viennensis ep̄pus. qui  
gallias ab arriana heresi defendit. Hic metrice de  
cōdītōne mūdi libros cōposuit. Sanctus quoq;  
solēnis carnocensis episcop⁹ claruit. qui in predi-  
cando frācīs christū non segniter istitit. In africa  
fulgencius episcop⁹ ruspensis. in ytalia germā.  
capuanus. et epiphanius cicimen⁹. ¶ Acto. Iste  
germanus capuan⁹ quātē p̄fectōnis fuerit p̄ illō  
solum miraculū de trāsitu eius patet. in quo beat⁹  
benedictus eius animā uidit ad celum in spera ig-  
nea ferri. Que autem de fulgentio legi hic breuē  
inserui. ¶ CIII. ¶ De origine sancti fulgēti ru-  
spensis et ciuis monachatu. ¶ Ex gestis eius.

**F**ulgentius natus est ex fulgentio patre  
& matre martiana in tellepte ciuitate. o  
nobili genere carthaginēsiū senatorū.  
Quem p̄mo mater sua fecit eruditū gre-  
cis literis. et nichilomin⁹ de latīnis donec i grecis  
eruditus esset a puero. adult⁹ fact⁹ est p̄cuato.  
Cum autem legisset expositōnem beati augustini  
de psalmo. xxxvi. cepit uelle monachum p̄fiteri.  
Potens est inquit deus volenti dare facultatem  
qui nolentī tribuit voluntatem. fact⁹ est monach⁹  
a beato fausto episcopo. q̄ p̄ fide religat⁹ ab ho-  
noico arriano i loco suo mōasteriū sibi cōstruxit.  
Quo auditō. cœcurrit mater ad eum clamans ad  
faustum. Redde michi filium meū. Ille autem con-  
tumelias eius irridens. nec saltrem uidendi filiū li-  
centiam ei dedit. Post hoc fulgeci⁹ de nimia ab-  
stinentia obfessus ē impetigine. Qui p̄ hoc se cul-  
pantibus aiebat. Infirmātur etiā illi qui quotidiē  
cibis lautoribus saginantur. Iterum expulso exi-  
de fausto accepta licentia peccūt vīcum monas-  
terium. ubi felix preerat paucis. sed simplicibus  
fratribus. a quo statim coactus est abbas locuz  
tenere. Et quia se dilexerant ab adolescentia. alte  
sumpsit nomen alterius. Trahūtur postea bi duo  
ribus locuplete. Dūq; fulgenciu sanctum verbera-  
rent. ait felix. Parcite quelo fratri fulgentio q̄ nō  
potest tormenta sufferre. cōuertaē in me crudeli-  
tas vestra. Tandem presbiter illos decaluatos et  
vestibus ablatis. nudos et inanes a domo sua pie-  
cit. Cunq; multi dicerent fulgentio. ut queremo-  
niam faceret de presbitero q̄ eos ceciderat. r̄ndit  
Non licet in hoc seculo. querere vindictā xp̄iano

Nouit deus quomodo seruorum suorum defendat iniurias. Post hoc ad monasterium suum reuersus est et iterum inde fugit ad aliud districtoris regule ubi nomen posuit abbatem. Ibi duo senes presbiteri abbatem officio fungebantur. Quibus se subiectus fungenus scriptoris arte laudabiliter vtebatur. & palmarum foliis flabellos sepissime contexebat. Cui operi etiam cum fuisset abbas in suo monasterio vacabat. Sed coactus est per faustum episcopum ad proximum redire locum. **CIV** **D**e episcopatu eiusdem et exilio.

**A**ctus autem postea episcopus suspensus. Propositum tam in ueste quam in cibo retinuit. contentus una vilissima tunica tam in estate quam in hie me. & nec inter hospites maducas. Oratio sicut omnes episcopi non utebatur. pelli ciuicu cingulum gestabat. Caligis in tempore hie mis. caliculis estatis tempore simpliciter vtebatur. Intra monasterium soleas iterum accipiebat. Sepe nudis pedibus ambulabat. Casulam preciosam vel supbi coloris nec ipse habuit. nec monachos habere permisit. Subtus casulam nigello vel lactinio pallio circundatus incessit. Scapulam nudis nunc a nobis visus est nec deposito cingulo somnum petuit. In tunica dorbiebat. in ipsa sacrificabat. & in tempore sacrificij mutanda potius corda quam vestimenta dicebat. Carnes cuiuslibet generis nunquam comedebat. sed simpliciter olera pisanas & oua. Quodcumque iuuenis fuit si ne oleo. postquam senuit supfuso oleo. ne caligo oculorum lectonis impediret officium. & a viro tamquam sanguine abstinuit. quod cum propter infirmitatem biberet. sic obruebat aqua ut vim vix sapet. Seper autem fratres surgebat ad uigilias. Post hec missus est in exiliu apud sardiniam. lx. & amplius episcopi cum eo cathena ligebatur exiliu. Quoz omnium ipso lingua & ingenio erat. & sicut beatus aurelius carthaginem epus inter sua priuilegia meruit ut literas in africano concilio dandas. solus ipso scriberet. similiter iste ut literas in illo dirigendas solus ipso dictaret. inuitatus est carthaginem a transmundo rege arriano. Cui idem rex quodam plena pavidie scripsit. quibus ille capitulatim respondit. Fecit ad eum & tres libellos. quibus pinta epus arrianus reddere voluit magis quam ualuit. Contra quem fulgentem postea scripsit librū. quem titulauit ad sus pinta. Mirabilia facere nunquam delectat. hanc gratiam sibi dari nullatenus desiderauit. **CVI**

**D**e iterato eiusdem exilio et regimine monasterii. **Q**uoniam secundo mitteretur in exiliu. praedixit uiteo viro religioso nimis dolenti de illius recessu. quod cito reuertere. Et addidit. Hoc queso secretum sit apud te. quod me nimia caritas indicare coepit. Dicebat enim. Mirabilia non conferunt homini iusticiam. sed homini noticiam. que magis fugienda est quam querenda. Quisquis enim fuerit hominem non nisi fuerit iustus. ad eterna pueniet supplicia condemnatus. Iustus autem in prospectu di & si hominibus fuerit incognitus. Beata factio eius. & si postea bius gaudia percipiet coronam. Itē dicebat. Ut monachus laudioribus forsitan cibis uita. interdum cogit infirmitas corporis. Ut autem cupiat in quibuslibet exiguis rebus iuris proprii dominum uendicare. supbe uoluntatis & auare cupiditatis euidentis testimonium est. Item de sanctitate communis quisquis aliquid percepit. omnium sit debitor quoque est illa suba debitorum vero sola iuuat humilitas. Item ueri monachis sunt. qui iustificatis voluntatibus suis patiuntur.

nichil uelle. nichil nolle. & abbatis tacitum modo consilia uel precepta suare. Si quis autem presumisset plus quam accipit petere. negabat continuo etiam si meretur accipere. dicens monachum his que accepit debere esse contentum. Sime suo autem consilio nec suum propositum sinebat. aliquem agere laborantes fratres & opera carnalia indefessis viribus exercentes. lectoniamque studium habentes minus diligebat. nec honore maximo dignos iudicabat. Amator autem scientie spiritualis. etiam si virtute corporis esset destitutus. ab eo peculiariter amabatur. Amabat quando coram fratribus disputabat. si quis ei questiones acerrimas proponebat in quibus laborabat. licebatque passim omnibus fratribus etiam natura simplicibus undique vellent interrogare. nec primum satissimum sibi consiceret. ratonem reddere uicemque tedium vel labore cessabat. Scriptus contra faustum episcopum galliarum qui occulte consentiebat pelagianis. apte uolens catholicus uidetur. Cum autem reuocaretur ab exilio tam deuote a populo suscepimus est. ut de suis palliis super eum extensis nouum genus tabernaculi facerent. Egresso illi de carthaginem. obuius occurrebat ubique populus cum lucernis & lapadibus & arborum frondibus. **CVII** **D**e institutione cleri & trahitu eiusdem fulgurij.

**V**imma diligentia prebuit. ne quis clericus ab initio vestibus ornaretur. aut negotijs secularibus occuparetur. iussit omnes clericos non longe ab ecclesia domos habere. manibus propriis ortum colere. psallendi suauiter & pronunciandi cura gerere. pro singulis septimanis omnes clericos & uidentes & quicunque potuissent ex laicis. iiii & vi feria statuit ieunare. In concilio uintensi iudicio omnium sacerdotum qui conuererat. prelatus est epo cuiusdam nomine qui vult deo qui porem se illius confirmabat. Tunc autem tacuit ne auctoritatem concilij minuere uideretur. Senties autem post concilium dolere episcopum. timensque propter suum honorem generare sancti scandalum. melius iudicabis pro caritate tem se fieri minorem. quam sine caritate maiorem. exigit postea precibus importunis a suphecano consilio ut nomen suum posterius recitaretur. Bonifacius epus carthaginem apud burnos ecclesiam dedicatus. duo diebus se pente monachum tractate expectauit tandem delectatus in uerbis eius ut tamquam lacrimis terrae rigaret donec ille monachus finiret. Anno uno ante mortem suam ecclesiasticas occupationes reliquit. & a suo monasterio secrete recedens. in insulam circum in quodam scopulo breui cui nomen est chilmi habitavit. ubi edificato monasterio deo uacauit & sibi. Infirmatus est acerrime. lxx. diebus. et hoc solum dicebat. Domine da michi modo hic peccati postea indulgentiam. Suadentibus medicis. ut balneis ueteretur. non acquieuit dicens. Numquid balnee poterunt facere. ut non moriantur in tempore suo homo mortalvis. Moriens circumstantibus fratribus dixit. Ego fratres animarum restrarum salutem propiciens. molestus apud vos forsitan & difficultate extitit. & ideo obsecro vos ut ignoscat michi quisquis aliquid dolet. Iussit autem egentibus pecuniā dari. pro seipsum memoriter recolens uiduarum pupillorum pegrinorum contractorumque illuc indigentibus nomina. quibus. quid. cui. sigillatum daretur propria deliberaōe osticuit. Obiit xl. Ianuarij. anno epactus sui. xxv. uite. lxxv. **CVIII** **D**e scriptis eiusdem.

**M**actor.

**S**cipit aut̄ id est fulgenti⁹ opuscula nō nullā ad edificatōnem ecclesie utilia. Si quidez edidit ad eucūmum de remissione peccator̄. li. iij. Ad donatū de fide. li. i. De mīsterio mediatoris. li. iii. Ad momētū de predestinatōne & quibusdā alijs questionib⁹. li. iij. Responsionū cōtra obiectōnes trasamūdi regis arriani. li. i. De cōtinētia cōiugatōrū seruanda post votū. li. i. Ad p̄bam & virginitatē & hūilitate. li. i. Ad eandem de oratōne & cōpūctōne. li. i. Ad euippū de caritate. li. i. Ad theodorū senatorē. li. i. Ad uenāciā de penitentia & indulgentia. li. i. Script̄ & sermones nōnullos. p̄cipueqz de natūrātate dōmī ac de solēnitāte beati stephani prothomartiris pulcerimos. Et de his omnib⁹ opusculis eius plura quidem notabilia dicta excerpti. que et opusculis nostris p̄ loca diuersa iserui. Hic etiam pauca de quidā eoz ad eius eloquī cōmendationem inserere volui.

**CIX**

**Exhortatio ipsius ad sanctificationā vite viduālis.**

**F**ulgentius ad gallam de uitudinā seruanda. Ost obitum tempalis mariti. omnes in corde tuo reliquie debent mūdane cogitatōnis extingui. Habitus quoqz tu⁹ tas̄ lis sit qui non ad lasciuā exciter. sed ad cōtinētā p̄uocet. Nec queras ut placeas oculis hominū sed ut xp̄i non offendas aspectū. Ille in te qđ dilit uideat. quod dedit inueniat. quo delectet agnoscat. Sit oratō crebra. in cogitatōe sancta. & operatōne cōtinua. Oratō nanqz est in cōspectu dei. omne bonū opus quo delecta nullo indigēs deus. Refectōne tua non uoluptas expleatur. s̄ infirmitas sustentez. Disce nichil tibi assignare d nobilitate generis. sed in eo te illustrez fieri agno sce. in quo uirtus accrescit humilitatis. Voluntari um ieunium tuū esuriem subleact in diligentium. ut in fructu misericordie tuoz possit ieuniorum fecūditas appere. Prost̄ etiam tibi uilitas vestī & p̄ te vestiā nuditas paup̄. Tunc enī utiliē fugies p̄cōse vestis ornatum. si nudos vestias. nec ipsis pauperib⁹ quos pascis aut vestis supiorem te credas. tanq̄ ideo potior sis q̄ plura cōtempseris. frustra enim cōtēnis facultates tuas. si noxias iactante teneas in corde diuitias. Plures diuitias zacheus p̄ xp̄o dicuntur impendisse pauperibus. p̄ quo uillissima retia reliquit petrus & nauē & tamen a xp̄o non zacheus diues paupi petro. s̄ pauper petrus diuiti zacheo p̄ponitur. ut diuitibus xp̄i nulla de cōtemp̄is diuitiū iactātia nasce retur. In opibus bonis laudet te quidez humana lingua. sed tu laudem a solo deo desidera. Sic fiet ut dum tu laudem ab hominib⁹ non quiesceris. deus laudetur in operibus suis. **CX.** **D**e commendatione uirginitatis ac de ieunio et lacrimis

**I**dem ad p̄bam de virginitate et humanitate.

**V**irgo dicitur quasi virago. uirago aut̄ dicitur a uiro & uir a virtute. Claret ita qz inter ceteras ecclesie donatōnes. illi⁹ p̄cipuum mun̄ spūalis esse carismatis. vbi vire ipa integratatis p̄fectio meretur uocabulo censem̄ uirtutis nec in eo q̄ uirginalis integratatis agnoscimus culmen. pudicicie cōiugalia asserim⁹ crīm Sed sāctam uirginitatem dicim⁹ merito potiore distare a cōiugali uita. quātum distant a boīs meliora. a terrenis celestia. a carne spūs. ab ifirmitate uirtus. Nec dicere dubitam⁹. tātū a sancta uir-

ginitate carnis et spūs. fidelium cōiugator̄ licet a deo cōcessum distare cōcubitum. quātū similitudo pecorū ab imitātōne discernitur angelorum. In uno quippe ad terram spūs terrena carnis voluptate dep̄mitur. in altero terrena caro celesti dlectatōne spūs ad celestia subleuat. Ieiuniis sic est adhibenda temperies. ut cōrpus nostrū nec satanas excitet. nec in media imoderata debilitet. Satanas facit ut manet ieunemus. debilitas ne ieunare possimus. Vestis talis sit sacre uirginis que testis existat intime castitatis. Virgo que patet inuentibus illecebrā. non habet castitatem ueram sed uirtutū splendore spoliat animam suam. Hec fidem non suat xp̄o. que populo magis querit placere q̄ sponsō. Idem ad eandem de oratione et cōpūctōne. Humiliū fletus. magnus ē cōcupiscentie carnalis interitus. lacrime quoqz q̄ ex cōpūctōne cordis ueniunt. et inimicū uicū et nobis donū leticie triūphalis acquirunt. In celesti uero patria non minor erit laudatione nostra delectio. nec inferior dilectōne laudatō.

**CXI**

**D**e quibusdā aliis moralibus dictis eiusdem  
**I**dem ad theodorū senatorē.

**V**antum iesse luctuz dyabolo putas. q̄ a te cōtemptū p̄spicit mūdum. et te cōuertū agnoscit ad xp̄m. Quāuis enim xp̄us equaliter sit cūctis fidelibus mortu⁹. tamen cōuersio potētū seculi militat acquisitōnib⁹ xp̄i. In deo nichil deest. quia in illo totū est. nichil ibi superest. quia nichil preter illum est. Si qui ergo rerum temporaliū amore cōtempto in illius dilectionem trāfēunt. in illo pleni sunt. in quo nullo iudicetur. in illo securi in quo nichil timetur. in eo vere gloriōsi. cuius gloria non aufertur. Quidā mādatorum currere delectaris. non hoc tibi dat natura sed gratia. Nam et oculus sic fact⁹ est ut uidere lumen possit. sed uidere non potest nisi se illi lumen infuderit. Quid ergo uidet oculus. beneficiū ē lumīs quo si caruerit cecus manebit in tenebris. Nil itaqz tibi boni tāqz tuum assignes. ne nō accipias quod accipere poteras. et quod acceperas poscas. Detestabilis est cordis hamani supbia. qua facit homo quod deus in hominib⁹ damnat. sed illa detestabilior. qua sibi tribuit homo quod deus in hominib⁹ donat. Dānabilis est qui substantia seculi male utitur. sed dānabilior qui spūalib⁹ dominus supbus effertur. **I**dem ad uenāciā de penitentia et spe indulgentie. Non est pfecta boītas a qua non omnis malitia uincitur. hec non est pfecta medicina cui morbus aliquis incurabilis inuenitur. Nemo igitur de medico despensā in ifirmitate remaneat peccati. quia dicit aplūs p̄ impiis mortuus est. Salubris cōuersio dupli cōrōne subsistit. si nec penitentia sperātem. nec spes deserat penitentem. Si diuturnitas peccator̄ misericordiam uincere. non in etate mūdi nouissima xp̄i ueiret ut peccatū mūdi peuntis auferret. Quacūqz ergo quis etate uocatus. si benignitatem dei vocatis non sp̄nat. necesse ē ut denariū uite accipiat. Nec unq̄ est penitentia apud deū sera. in cui⁹ cōspectu semp̄ p̄ presentibus habent tam preterita q̄ futura. **A**ctor. Hec ad presens de illius dictis sufficiant. Usqz ad hoc tempus gennadius liberum suum de illustribus uiris p̄duxit. qui prelibiter massiliensis fuit. Hec de temporib⁹ zenonis sufficient imperatoris.